

Alte Drucke

LEXICON || THEOLOGICVM || COMPLECTENS || VOCABVLORVM DESCRIPTIONES, || Diffinitiones & interpretationes, omnibus sacræ Theologiæ stu-||diosis, ac ...

Altenstaig, Johann

Venetiis, [1579/1580]

EGREGIO AC REVERENDO D. HERCVLI SEPTIMO ARCHIPR. VOBERNENSI VITAE
ET MORVM INTEGRITATE PRAESTANTISS. Ioannes Antonius Rampazettus S. P.
D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150260

EGREGIO AC REVERENDO

D. HERCVLI SEPTIMO ARCHIPR.

VOBERNENSI VITAE ET MORVM

INTEGRITATE PRAESTANTISS.

Ioannes Antonius Rampazettus S. P. D.



DIALECTICVM quoddam studium est Reuerende Archipresbyter Hercules, ac inter studia hominum mea sententia praeclarissimum diuinarum rerum contemplatio & sacrarum literarum cognitio. Nam si homo alijs hominibus scientia praestat, & multarum rerum cognitione alios superat: praestantius est, & sapientibus hominibus Dei; similibus conueniens, eos antecellere, qui ingenuis, liberalibusque artibus delectantur, & honestis studijs vehementi, constantique conatu operam dant. Equidem omnes natura scire, & intelligere appetimus: sed nemo nisi instructus doctrina maximarum, praestantissimarumque rerum vnquam doctus existimatus est, sapientesque pauci fuisse, licet apud veteres diuini luminis expertes quidam tales habiti sint. Ad veram namque sapientiam ingenij vis primum maxima requiritur, deinde plurimarum artium, atque disciplinarum cognitio, tum mentis acumen, & acris quadam applicatio, qua cum coelestium rerum contemplatione, & sacrarum literarum notitia haec doctrina coniungantur, & connectantur. Hanc maximam, praestantissimamque sapientiam Theologiam vocant maiores nostri propter tractationem rerum à Deo creatarum, quam sibi totam assumit, & propter sermonem quem de Deo frequentissimum habet, & in quo tota consistit. Atque de Theologia ipsa extant Hebraeorum, Graecorum, Latinorumque doctissima, & elegantissima monumenta, quae non tantum nostra memoria scripta sunt: sed etiam praeclis illis temporibus, quibus parua, ac fere nulla erat diuini cultus observatio, sanctissimi, sapientissimique homines scripserunt. Tamen cum sciamus artes quo nobiliores sunt, eo obscuriores interdum esse solere; ideo doctissimos, & eruditissimos interpretes necessario habere oportet. Et quoniam ea in re diligens quadam via, modusque requiritur, qui primus hoc opus aggressus est, hasque voces collegit, atque explicuit, ut

*

2

ex qua

ex quæ necessariè quotidie sunt illis, qui huiusmodi studijs delectan-
tur, non mediocrem vtilitatem hominibus attulisse, & non paruam
sibi laudem comparasse, mihi videtur. Verùm enimuero propria
huius libri vtilitas in eo est, vt studiosi Theologiæ habeant voces om-
nes ad eam spectantes vno comprehensas volumine, & illas præ ma-
nibus habere, illis strenuè insudari, illasque facilius discere possint:
ne animi prolixis commentarijs debilitentur, & librorum copia, &
magnitudine confundantur, quæ sæpius humanas vires excedit.
Hunc librum, cum denuò à nobis Typis instauratus sit Reuerendè
Archipresb. ad te mitto, vt in tuo nomine appareat: quoniam hac
diuina sapientia imbutus es, non tantum libros, aut voces intelli-
gendo, sed opera exercendo, quibus hoc præsertim tempore opus
est. Quæ quanta in te sint, præteritæ sæuissimæ pestis tempore re-
bus ipsis ostendisti: cum populum tibi commissum, & tuæ admi-
nistrationi commendatum regeres, tuæ vitæ christiana charitate,
atque constantia, minimam rationem habendo. Manifestissimo
enim tui capitis periculo egrotis adesse volebas, & omnibus illis
opem ferebas, quibus tuo auxilio opus foret. Mitto etiam, vt ali-
quod publicum meæ obseruatiæ testimonium extet erga tuam no-
bilissimam, & antiquissimam Familiam Septimorum. In qua non
solum superioribus temporibus fuisse homines clarissimi dignitate,
virtute, & auctoritate, qui præcipuè Iurisprudentiæ studijs excellue-
re: sed etiamnum inter ceteros quatuor in eadem familia viuitis
omnes Archipresbyteri, omnes pietate pares, omnes religione
pares, omnes sapientia pares. Accipe igitur Religiosissime Archi-
presbyter hilari fronte munus, alienum quidem, attamen meum quo-
que, cum non parum laborauerim, vt quàm emendatissimum è no-
stro Typographico prodiret, nec laboribus, nec sumptibus parcen-
do. Tuam verò auctoritatem appellare volui, vt tuo nomine mu-
nitum in manus hominum perueniret. Teque vehementer etiam,
atque etiam rogo, vt me in tuam clientelam, patrociniumque sus-
cipias: & me in omnibus tuis rebus promptissimum, & paratissi-
mum fore confidas. Vale Religiosissime Archipresbyter, quem
Iesus Christus in sua vinea florentem conseruet.

Venetijs. Idibus Augusti. M. D. LXXIX.